

Sed cum non tantummodo Aurum, sed etiam aliæ materiæ medicæ, (Naturæ opulentia tãta est) tam arcanas, & cœlestes vires possideant: ut cor ipsum, nativi caloris fontem, & cuncta corporis mēbra reliqua reficiant, & Spiritus illustrēt; Humores omnes, ipsamq; partiū substantiã a corruptione & putredine tueantur ac cōservent: imo omnes corporis & animi vires (divina annuente gratia) instaurent & augeant: Spiritū nostrū, Solarē, Balsamūq; & Saccharum vere aureum; non solū in metallo preciosissimo; sed etiam in aliis rebus, ad rem medicam pertinentibus absconditum, convenienterque extractum, atque aliis medicamentis commixtum; Aurum appellare ausus sum: Nonne tibi idem videtur Apolloni?

*Auri vires miranda, in multis rebus nascentibus delitescunt.*

A P O L. *O hominis quantum pectus mortale lacebit,*

*O quantum auri ardens torquet & Urget Amor!*

*Cur petit, optat, amat tantis Cor viribus Aurum?*

*Aurum non temere Cor petit, optat, amat.*

*Tam prestans, firmum, quod nil corrumpere possit,*

*Sub Luna nullum corpore corpus habet.*

*Occulto, & multo Natura munere gaudet:*

*Vi vincit mixtum quicquid hic orbis habet.*

*Vt feriat, capiat rapiat mortalia solo*

*Solaris ad sese corda Nitore vides.*

*Tam fovet interius, recreat relevat q̄, medendo:*

*Quam foris ad spectu pectora nostra movet.*

*Sed non hanc tantum (certa atq; experta profamur.)*

*Vim solarem auri quæq; metalla tenent.*

*Corpora multa gerunt rerum, mirabile dictu,*

*Partem aliquam Solis, seu Salis aurifici.*

*Corpora multa tenent animalia, balsama Solis:*

*Plantarum hæc eadem corpora multa tenent.*

*Ista magistra probat rerum, Experientia felix:*

*Artificisq; oculis subjicit ista manus.*

A U R E L. *Quamobrem vero, mi Theodore, autem hoc vitæ balsamum, & Saccharum, dixisti aurum medicum?*

T H E O D. *Quia summum hoc artis medicæ arcanum, & singulare Dei donum, sanitati nostræ imprimis inservit: morborumque radices funditus extirpat.*

A U R E L. *Cur vero aurum hoc tuum medicum literatis præcipue hominibus dicas & consecras? Quandoquidem aurum Philosophorum nominas?*

T H E O D. *Non modo ea de causa, quia ad conservandum corroborandumq; Ingenii, memoriæ, ac sensuum, omnium-*

*Auri vis, & præstantia naturalis. Hort. Medic. part. I. cap. 5.*

*Aurum medicum, Philosophorum.*

*Literatis homines*